



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

143. An servi possint ingredi Religionem sine licentia Domini? Et
explanatur, quod Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio
Prælatum vulnerat, qui sine licentia Domini recipit servum in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

alium danni, vel iniuria illata, ut v.g. qui Virginem deflorauit, &c. Ex p. 4. tr. 4. & Milc. Ref. 8. 2.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam de iure communi ego tenui in part. 3. tract. 2. * refol. 42. Sed difficultas est de iure nouo Sixti V. & negatue videbam. Quod hic est. & non est. ut respondem, per ea que obleruat Maledictus in dicta de iust. 17. 4. c. 7. anno 4. in fin. & Sylitus in 2. 2. q. 6. 2. p. 1. art. 8. quest. 1. concl. 7. cons. 1. o.

2. Verum ego puto etiam in terminis Brevis Sixti Quatuor V. debitoribus, si bona que habent creditoribus relinquent, & nulla sit spes, vt in seculo manendo fiant potentes ad solendum, posse ingredi Religionem, & ita docet Faustus in thes. Relig. lib. 5. q. 1. 3. 4. n. 5. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. c. 1. 9. n. 2. 6. Barthol. de Vecchis in praxi Noniorum disp. 2. dub. 1. 3. n. 1. 5. Por. in dub. Regul. ver. Nonitius, num. 1. 9. Vide etiam David à Mauden in Decal. precept. 7. discr. 1. 8. n. 1. 7. Hieron. Rodriguez in compend. 99. regul. refol. 1. 0. 1. n. 10. Mirandam in manuali Prelat. tom. 1. q. 1. 7. art. 7. & alios penes ipsos.

3. Imò aliqui plus addunt, Bullam Sixti V. non extendi ad eos, qui absque sua culpa peruererunt ad impotenciam soluendi creditoribus, quod probant ex ipsi verbis Bullae ibi, nulli debtore post dilapidatam rem familiarem, &c. & ita tenet Vecchius ubi supra, cui ego addo Bonacini, de restitut. disp. 1. quest. vlt. part. 2. §. 1. n. 8. licet ibi erret in nomine Pontificis, nam pro Sexto V. citat Plini V. & alios penes ipsum.

4. Notandum est etiam hic obiter in dicta constitutione Sixti V. non comprehendi debitoribus ex sola promissione liberali, vel qui incurrerit debitis sunt graui. Ita Vecchius & Sanchez loc. cir. qui addit etiam sub hac Bulla neque comprehendit dannatum ad pecuniarium peccatum ratione aliquis delicti, nec obligatum ad satisfacionem pecuniarium causa aliquis damni, vel iniuria illata: vt qui v.g. Virginem deflorauit, licet in hoc diffentiat Miranda ubi supra.

5. Non definam etiam hie antioce quod licet Doctores affirant, quòd quando quis breui tempore manendo in seculo habeat spem soluendi debita creditoribus, non posset ingredi Religionem, nam in talis casu moraliter non est impotens ad solendum, licet inquam hoc sit verum, tamen difficultas est quod tempus dicatur breue in hoc casu. Ponam opiniones Doctorum, omnes quidem probabiles. Lessius lib 2. c. 4. dub. 3. n. 3. 2. & Azorius p. 1. lib. 1. 2. c. 1. 9. 5. docent tunc dici breue tempus, quando debitor paucis annis satisfacatur creditor. Maior in 4. sent. dist. 3. 8. q. 1. 7. anal. 3. tempus 2. vel 3. annorum ponit. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. c. 1. 9. n. 8. duorum annorum. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 7. num. 2. vnius anni.

R E S O L . C X L I I .

An mutus, & surdus, vel cœcus possint esse Religionis professionem emittingere?

Et quid si mutus esset servus cœcus, aut quis esset simul cœcus, & omnino surdus, quamus non mutus, nec hac in natura habeat, sed casu, & antequam in hac incideret, nosset quid esset professio? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 6. 1. alias 5. 6.

§. 1. **A**d hunc casum affirmatiuè respondet Sanchez in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 3. n. 2. vbi sic agit. Professio expressa nullis verbis indigeret, sed potest mutibus aut scripto fieri quia nullibi reperitur verba esse necessaria. Quare mutus à natura, qui subinde surdus est, potest profiteri. Si enim est aptus ad carnale matrimonium inendum (vt probauimus lib. 1. de matr. disp. 8. num. 1. 2.) erit quoque ad spiritualem apertus, argument. ex cap. significatum, de regul. Praeterea, quia non minor notitia obligationis, nec mi-

nor consensus desideratur in matrimonio carnali, quam in spirituali, & ita docent Socin. senior cons. 6. 1. In presenti consultatione numero 13. & 14. volum. 1. Azor. lib. 1. 2. inst. moral. cap. 4. quest. 1. sed sicut ea disput. 8. num. 1. 2. aniraduertimus circa matrimonium carnale, est hoc intelligendum quando mutus ille ita perfici ac intellectu preditus est, vt signis edoceri valeat naturam status Religiosi, possitque signis consentum exprimere, quod esse difficillimum diximus ibi, cum auditu careat, quo hanc naturam doceri possit, quamus sint aliqui ita perspicaci ingenij, vt signis eam percipere valeant. Quod si mutus ille esset simul cœcus, aut quis esset simul cœcus, & omnino surdus, quamus non mutus, nec hac in natura habeat, sed casu, esset incapax profundi, nisi antequam in hac incideret, nosset quid esset professio. Sicut idem contra alios diximus in matrimonio carnali, eadisp. 8. n. 1. 3. quia mutus solis signis edoceri valer profissionis naturam, qua percipere nequit, si simul cœcus sit. Atqui cœcus solis verbis potest edoceri, qua nequit percipere, si simul sit surdus. Huc vel que Sanchez, cui add. Spinum in speculo testam. gloss. 8. subr. & num. 4. vbi ita afferit. Secundò deducitur, quod licet alius mutus & surdus non possint Religionem ingredi, nec profiteri, iuxta cap. sicut de regular. cap. fin. de success. ab intent. Si tamen probetur illum habere intellectum perfectum, & signis posse consentire explicare, poterit Religionem profiteri; tenet Albericus l. vbi non voce de reg. iur. Ita Spino, & tandem hanc sententiam docet Bartholom. de Vecchis in praxi Noniorum, disp. 1. 3. dub. 1. n. 2. Azorius part. 1. lib. 1. 2. c. 4. q. 1. cum aliis Iurisconsultis, quos citat, & sequitur Barbatia vol. 2. cons. 5. 9. num. 1. 2.

R E S O L . C X L I I I .

An serui possint ingredi Religionē sine licetia Domini?

Ex explanatur, quod Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio Prelatum vulnerat, qui sine licetia Domini recipit seruum in Monasterium. Imò excommunicantur, qui seruos suadent Dominum contemnere causa Religionis.

Et an professio serni, conradicente, vel ignorantie Domino, sit nulla, & irrita, & aliqua alia circa hoc deciduntur? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 6. 1. alias 5. 6.

§. 1. **R**espondeo, quod seruus sine licetia Domini Religionem ingressus, profiteri nequit, cap. qui vere 1. 6. quest. 1. vbi Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio Prelatum vulnerat, qui sine licetia Domini recipit seruum in Monasterium: imò excommunicantur, qui seruos suadent Dominum contemnere causa Religionis, cap. si quis seruum, 1. & 2. 17. quest. 4. c. Generaliter, dist. 4. Nec desunt Doctores tradentes professionem serui contradicente, vel ignorantie Domino, nullam, & irritam esse, ea ratione: quia per professionem Religionis totum se Religioni tradit: sed id nequit seruus præstare, cum sit res alterius, nec Deus illam professionem que est contra iustitiam, acceptabit. Sic docent Patidianus in 4. dist. 3. 8. quest. 4. D Antoninus 2. p. tit. 1. 1. c. 2. Azorius moral. inst. lib. 1. 2. cap. 1. quest. 3. Vel saltem Dominus, non obstante professione, seruum repetere sibi potest, argum. cap. Nulli dist. 5. 4. Elapso triennio, dominus si non repeat, iuri suo renunciare præsumitur, Aut si seruus de Episcopis, & Clericis cap. si seruus 2. dist. 5. 4. Quod si seruus longissime à Domino disserit, ita vt facile inuenire non potuerit, tunc etiam elapso triennio, ius habet illum repetendi, cap. si quis incognitus, 17. quest. 2. v. Nisi sit tam longe, vt inueniri non possit. Nec in his casibus potest dominus cogi seruum relinquare Religionis accepto

accepto prelio: quia iure sui dominij, quod in illum habet, priuari non potest. Quare sicut ante professio nem non tenebatur serum Religioni tradere . prelio accepto: ita nec post professionem, cum semper idem in illo dominium firmum, ac stabile permaneat: neque hac de re habemus texum alter disponentem. Sed de tota hac quæstione, & an serui professio sit valida, vide Sanchez in summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 42. & seq.

RESOL. CXLIV.

N. ex genere Mohometano, sed infans baptizatus, & posse Religionem ingressus, an possit sine via dispensatione ad Prelaturas assumi?

Et an in tali casu non sit excludendum à sacris Ordinibus?

Et aduertitur, quod Bulla Pauli IV. probibens, ut descendentes ab infidelibus possint in Ordine Minorum ad Prelaturas assumi, de solo Ordine D. Francisci loquitur; & ideo non est extendenda per communicationem ad alios Ordines: quia Religiosi communicantes in priuilegiis non proinde communicant in paenit. & odio. Ex p. 6. tract. 7. Msc. 2. Ref. 1.

§. 1. R espondeo affirmativo. Quia licet de iure communii Neophyti non possit eligi in Prelatuum ex cap. quoniam, & c. si Neophytus, dicit. 48. vt obseruat Auila de censur. part. 7. disput. 4. dub. 4. coicl. 1. Azorius tom. 2. lib. 6. c. 2. quæst. 2. Castellinus de elect. cap. 11. num. 3. 4. & alijs. Attamen qui ab infancia baptismum suscepit, non dicitur Neophytus, sicut nec ille, qui adhuc decemni Baptismi Sacramento insignitus est; & ideo tales non sunt excludendi à Sacris ordinibus, neque a dignitatibus Ecclesiasticis;

* Quæ hic vt ego ipse firmaui in part. 4. tract. 2. * ref. o. cum aliis in tom. 5. quibus Doctribus; nunc addo Villalobos in summa, tr. 5. Ref. 47 per totam,

tom. 1. tract. 2. difficultat. 16. num. 3. Ioannem Praepositum in 3. part. Divini Thomæ quæst. 5. de irreg. dub. 1. n. 1. 2. Salzedum in prox. cap. 2. 2. n. 1. 1. Campanili in diversiur. Canon. rub. 1. 1. c. 7. n. 6. Et magis in terminis causæ nostri Peyrinum de Prel. Relig. tom. 2. quæst. 2. cap. 5. 6. num. 8. 3. & Tamburinum de iur. Abbat. tom. 4. disput. 4. quæst. 2. 1. num. 6. 6. cum aliis penes ipsos. Probatur haec opinio: quia, vt patet ex Gratiano in princip. dicit. 48. ideo Sacri Canones Neophyti excludunt a Prelatibus, quia tanquam inexperti non poterant obseruare ea, quæ ratione personarum, locorum, & temporum sunt Prelatis obseruanda: sed haec inconvenientia cessant in baptizatis ab infancia, vel ante decem annos: ergo posse supradictos sine via dispensatione ad Prelaturas admitti de iure communii dicendum est.

2. Nec valet dicere, quod licet consilenti non obstat, vt probatum est, ius commune, obstat tamen ius particulae Pauli IV. prohibentis in quadam Bulla, vt descendentes ab infidelibus possint in Ordine Minorum ad Prelaturas assumi. Non inquit hoc obstat: nam respondeo primo aliquos docere dictam Bullam in disputationem abiisse. Ita Auila de cens. part. 7. disput. 4. dub. 3. & ex illo Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. c. 7. n. 3. Respondeo secundum quod dicta Bulla de solo Ordine D. Francisci loquitur; & ideo non est extendenda per communicationem ad alios Ordines: quia similes Pontificum Constitutiones non continent priuilegia, sed potius statuta, seu prohibiciones: ergo non includuntur in communicatione priuilegiis. Vnde Laurentius Portel in dubiis Regulæ verbis, Communicatio priuilegiorum, num. 20. ref. 257. sic asseruit. Religiosi communicantes in priuilegiis non proinde communicant in paenit. & prohibi-

Sup. hoc infra leg. de Etiam Ref. 257.

tionibus alterius Ordinis. Ita ille, cui additam in summa Quæstion. Regul. tom. 3. cap. 1. num. 5. 2. & Tamburinum de iure Abbatum, tom. 1. diff. 17. q. 6. Hinc Miranda in Manual. Prelat. tom. 2. q. 4. 6. art. 6. Sanchez vbi supra, & Rodriguez in Questionib. Regulæ. tom. 1. quæst. 5. art. 17. assentit individualiter dictam Bullam Pauli IV. pro Minoribus emanatam non esse extendendam ad alias Religiones. Et tandem respondeo tertio dato, & non concesso, quod communicatio dictæ Bullæ Pauli IV. cum aliis Religionibus facienda esset, adhuc dicendum est nihil obstat: nam postea per aliam Bullam Pij V. publicata in Capitulo Generali Romæ anno 1575. concessum fuit iisdem Patribus Minoribus, vt possint receperit Religionis filios infidelium, & ad Prelatibus admittere, vt ex Sorbo obseruat Laurentius de Peyrinum de Relig. Prelat. tom. 2. quæst. 2. c. 5. §. 6. num. 8. 5. vbi etiam notat id à Gregorio XIII. etiam concessum fuisse Ordinum Minimorum & eius verbis per extensum apponit. Ergo, vt dixi, non obstat Bulla Pauli IV. nam quæ illa attendi debet, & non potius Bulla posterioris Pij V. & Gregorij XIII. si poena imposta per Bullam Pauli IV. aliquibus videbatur per priuilegium communicationis ad alios Ordines extendenda: à fortiori fauorem Pij V. & Gregorij XIII. posteri emanatum, extendendum, & communicandum esse aliis Religionibus dicendum erit. Remanet igitur satis probatum N. Consilientem nulla indigere dispensatione, vt possit ad Prelaturas sua Religionis assumi.

RESOL. CXLV.

An quis peccet mortaliter, si absque iusta causa rebit aliquem ab ingressu Religionis?

Et supponitur posse aliquando ex iniustis rationibus aliquis peccato dissuaderi Religionis ingressum.

Et quid est sentiendum de peccato, & de damnatione temporalis, & commido factio Religioni, quando quis vis vel grande Novitatem, vel alium impeditus a profunda Religione, &c.

Et quid, quando sine vi, vel fraude ex Monasterio Religiosum professum seduxit? Ex p. 1. tract. 3. Msc. 3. Ref. 22.

§. 1. Suppono cum Ioanne Vvigers de iust. tract. 4. Scap. 3. dub. 4. num. 9. posse aliquando ex iustis rationibus aliquis sine peccato dissuaderi Religionis ingressum, vel amplexum: eiusmodi autem causa consentitur à DD. esse in primis si ille bona fide credat melius in saeculo militatus Deo, quam in Religione illa, quam meditabatur, sive propter Religionem conuerteret minus ei accommodata, sive propter corporis infirmitates, quia nec ipsi Religioni expedire infirmiores suscipere, propter quos oportet monastica disciplinam relaxare.

2. Secunda causa est: si impedimentum habeat respectu ad Religionem, quam cogitat, ad quod forsitan ipse non attendebat.

3. Tertia si parentes opera eius indigent, ad quælibet plura sunt dicta.

4. Quarta si quis videat eum potius propter temporales commoditates Religionem cogitare, quam propter spiritualem profectum. Id enim debere aliquum esse ab eo, qui Christum secundum confitit Euangelica sequi intendit, significat ipse Chrysostomus Luce 4. vbi adolescentem non admittit ad suum dilectionem.

5. Notat etiam circa haec Malerus loco scriptus, quod sicut permitte Deus mala, vt inde efficiat bona; ita & Diabolus subinde excite hancem ad Religionem, vt inde eueniunt mala, que aliquando